



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De angaria. cap. xxxix.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A stodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes. Et ait rex Israël ad eum: Hoc est iudicium tuum, quod ipse decreuisti. At ille statim absentes puluerem de facie sua, & cognouit eum rex Israël, quod esset de Prophetis. Qui ait ad eum: Hec dicit Dominus, Quia dimisisti virū dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius.

Scrutabor Ierusalē in lucernis, & visitabo super viros defixos in fæcibus suis, *soph. 1.*  
qui dicunt in cordibus suis, Nō facit Dñs bene, & nō faciet malè. Aperite horrea eius: scrutamini eam sicut speluncā, & exterminate eam. Ne sitis ipsi hospitiū.

Terra, terra, audi verbum Domini: Scribe virum istum ferilem inter homines, *Hier. 22.*  
B Non crescat de semine eius vir sedés super thronum Dauid in Iuda.

Cum nobis res est cum ijs, qui infestum aduersus veritatem odium gerunt, ac mandatis Basili. Dei aduersantur, sum necesse est obsequi huic præcepto Dei: Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proice abs te. Nam alioqui benignitas ea, quam huiusmodi hominibus adhibueris, stulta illi clementia non dissimilis fuerit, qua Saul, contrà quām ei à Domino imperatum fuerat, erga Agag Ysus est.

## DE ANGARIA.

## CAP. XXXIX.



M B E C I L L E S impiorū vineas sine cibo & mercede coluerūt. *Job. 24.*  
Si quis te angariauerit mille passus, vade cum eo alia mille. *Mat. 5.*  
Vx qui ædificat domū suam in iniustitia, & coenacula sua non in iudicio: amicum suum opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei.

Ecce merces operariorum vestrorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum intravit in aures Domini exercituum.

## DE PUDORE BONO.

## CAP. XL.

D M & Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, & incendentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui, faciensque eorum auersæ erant, & patris virilia non viderunt.

Est confusio adducens peccatum: & est confusio adducens *Ecli. 4.* gloriam & gratiam. Ante grandinem exibit coruscatio: & ante pudibundum exibit gratia. Erubescite à patre & matre de fornicatione, & à presidente & à potete de mendacio: à principe & à iudice de delicto: à synagoga & plebe de iniquitate: à socio & amico de iniustitia, & de loco in quo habitas: de furto, de veritate Dei, & testamento: de dis. cubitu in panibus, & ab obfuscatione dati & accepti: à salutantibus, de silentio: à respectu mulieris fornicariæ: & ab auersione vultus cognati. Ne respicias mulierem alieni viri, & ne scruteris ancillam eius, neque steteris ad lectum eius. Cae ab amicis de sermonibus improperij: & reuelatione verbi absconditi. Et eris pudibundus ut verax: & inuenies gratiam coram omni homine.

E

## DE PUDORE MALO. CAP. XLI.

D R o anima tua ne confundaris. Est enim confusio adducens peccatum: *Ecli. 4.* & est confusio adducens gloriam & gratiam. Et ne accipias personā aduersus animam tuam: & ne reuerearis in ruinam tuam. Est qui propter pudorem promittit amico suo: & acquisiuit eum inimicū. Ira & impudentia & infamia magna est, si mulier primatū teneat in virum suum.